rificencia status sui [c] parum diminueret, absque dampnis et fenore persolvit. Terras quoque, castra et possessiones obligatas infra paucos annos ad integritatem ecclesie mirabili industria revocavit.

de honorificencia status sui archiepiscopalis nichil diminueret, universa sui predecessoris et ecclesie debita absque dampnis et mutuo persolvit et castra terras atque possessiones ac redditus archiepiscopales et omnia alienata et distracta ad integritatem ecclesie mirabili industria revocavit, cum tamen in sue promocionis principio non nisi unicum castrum, in quo se libere poterat recipere – quod etiam ante sui promocionem ipsius custodie per predecessorem suum commissum fuerat – a debitis et obligacione liberum recepisset.

Preterea quamvis dominus [d] Walramus antecessor ipsius in muniendis et edificandis castris et fortaliciis ecclesie multum fuerit [e] commendabilis et apparens, idem tamen dominus Wilhelmus in huiusmodi edificandi studio sibi non impar [f] habebatur.

Quamvis autem dominus Walramus antecessor suus in muniendis et construendis ecclesie fortaliciis multum fuerat commendabilis, iste tamen in edificando et muniendo ipsam ecclesiam in structuris necessariis et decentibus antecessorem plurimum precellebat [g], quod intuentibus ad oculum demonstrat magnarum non paucarum structurarum, quas in multis ecclesie locis constituit [h], sumptus utilitas pariter et venustas.

Paucas siquidem suo tempore ipse dominus [i] Wilhelmus notabiles habuit guerras, quamvis levibus sepe stimularetur iniuriis et adversis, prout in rebus prosperis non est rarum. Ipse namque prudenter [k]

Fuit itaque corpore pulcherrimus, in conversacione tractabilis, in negociis sollicitus, eloquencia facundus, ingenio et prudencia perspicuus, in status magnificencia [l] super multos ante-

c) sui status 4.4'.4". d) dictus 1.2. e) fuerat 4.4'.4". f) quin imo excellentior add. 6(et 6'). g) excellebat 5.
h) quis in m. eccl. locis stetit 5. i) dictus 4.4'.4". k) prudenter deest 4.4'.4". l) magnificencie 5.

Itaque